



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd finito iudicio incipiat esse secularum nouum,& c. cix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De gloria sanctorum post iudicium. Cap. CVIII.

*Ex dictis
Isidori.*

Non faciet in futurum cor miserum iustorum compunctione damnatorum condolendi affectio, ubi tantum erit sanctorum de Dei contemplatione gaudium, ut tristitia nullus tribuatur introitus. Sicut comparatus color candidus nigro colori fit pulchrior: ita & sanctorum requies comparata damnationi malorum gloriosior erit. Sicut iustitia iniustiae, sic virtus vitio. Crescit ergo sanctorum gloria: dum debita damnantur impij poena. Post resurrectionem sanctis in carne promissa est celorum ascensio, dicente ad patrem Christum: Volo ut vbi sum ego, & ipsi sint mecum. Si enim membra capitis sumus, & unus in se & in nobis est Christus, Utique vbi ipse ascendit, & nos ascensum sumus.

*Quod finito iudicio incipiat esse seculum nouum, &
terra noua. Caput C / X.*

*Ex dictis
eiusdem.*

Vitait B. Augustinus, peracto finitoque iudicio, tunc esse definet hoc celum, & terra: quando incipiet esse celum nouum, & terra noua. Mutatione namque rerum, non omni modo interitu transibit hic mundus. Unde & apostolus dicit: Preterit enim figura huius mundi. Figura ergo praterit, non natura.

*Contra eos qui dicunt si post factum iudicium erit conflagratio mundi, vbi tunc esse potuerint sancti, qui
non contingantur flamma incendi. Cap. CX.*

*Ex dictis
eiusdem.*

Hanc questionem beatus Augustinus dissolutit. Quare, ait, forsitan aliquis, si post factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo celum nouum & terra noua reponatur, eo ipso tempore conflagrationis eius, vbi erunt sancti, cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit. Possimus respondere futuros esse eos in superioribus partibus, quo ita non ascendat flama illius incendi, quemadmodum nec vnde diluvij. Taliia quippe illis erunt corpora, ut illic sint vbi esse volunt. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibles facti, sicut viuorum trium corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti illa sa viuere potuerunt.

FINIS LIBRI XX.